

PHILIPPVS Dei Gracia Rex Ca-  
stella Aragonum, &c. Comes Bar-  
cinonæ, &c.



IOANNES ab Austria Filius Domini Nostri Regis a  
Concilio rerum status suæ Magestatis eiusdemque  
armorum maritimorū Gubernator Generalis, Mag-  
nus Prior Castellæ, eiusdemque S. C. & R. Magestatis  
Locumtenens, & Capitaneus Generalis in præsentis  
Cathalonæ Principatu, & Comitatus Rossilionis,  
& Ceritanæ, Fidelibus Regijs Iuratis, Syndico vni-  
uersitatis, & singularium Villæ de Reus Campi, & Ar-  
chiepiscopatus Tarrachonæ, & alijs in actu præsentationis præsentium no-  
minandis salutem, & gratiam. Noueritis quod comparens coram nobis, &  
in Regia Audientia Ioannes Baptista Monfar & fors eius honoratus Bra-  
cinonæ, & legum Doctor administrator honorū Nobilis Olegarij de Erill,  
& de Orcau Barcinonæ populati, Ioannes Carreras Domicellus, & Anna  
eius vxor, & Marcus Antonius Carreras illorum filius quandam inscriptis  
obtulerunt supplicationem tenoris sequentis, Serenissime Domine. Publi-  
co censualis instrumento iniquo sunt clausulæ renuntiationis proprij fori,  
& submissionis cuiuscunque alterius, & aliæ insimilibus instrumentis ap-  
poni solitæ, iurati vniuersitatis villæ de Reus campi, & Dioc. Tarrachonæ,  
& concilium dictæ vniuersitatis vendiderunt, & originaliter creauit Frã-  
cisco Miret tunc tintorerio, & Pannorum botigerio dictæ villæ, & postea  
cui honorato Barcinonæ, & Annæ eius vxori quodam censuale pretij, siue  
proprietatis centum, & viginti librarum monetæ Barcinonæ, & pensionis  
annuæ totidem solidorum dictæ monetæ anno quolibet die primo mensis  
Maij soluendorum, obligando omnia, & singula bona sua propria, & di-  
ctæ vniuersitatis, & eius singularium, præsentium, absentium, & futurorū,  
& cuiuslibet eorum, & dictæ vniuersitatis, & ipsorum insolidum, vt appa-  
ret ex dicto instrumento acto in eadem villa de Reus die 6. Aprilis 1596.  
in posse Michaelis Colera Notarij dictæ villæ, quod exhibetur vna eum  
apocha solutionis pretij dicti censualis eodem die in posse eiusdem Nota-  
rij firmata quatenus, pro hac parte facit, & non aliàs. Item alio instru-  
mento eisdem clausulis, & obligationibus roborato pariter Iurati, & Con-  
cilium dictæ vniuersitatis villæ de Reus vendiderunt, & originaliter crea-  
runt dicto Francisco Miret, & Ioanni Miret eius filio aliud censuale pretij  
siue proprietatis quatuorcentum librarum, & pensionis annuæ totidem  
solidorū anno quolibet soluendæ die duodecimo Iulij, vt constat dicto in-  
strumento recepto per Petrum Macip Notariū dictæ villæ de Reus die 12.

A Iulij

2

3 Iulij 1610. quod producit vna cum apoc ha solutionis pretij illius eodē die in posse dicti Macip firmata, & duabus partitis tabulæ Ciuitatis Tarraconæ quatenus, &c. & non aliter: Rursus alio instrumento in quo eadē clausulæ, & obligationes continentur similiter Iurati, & Concilium dictæ vniuersitatis præfatæ villa de Reus vendiderunt, & originaliter crearunt dicto Ioanni Miret aliud censuale pretij seu proprietatis trium mille librarum, & pensionis annuæ centum triginta quinque librarum anno quolibet die quinto Septembris soluendarum, vt hæc, & alia latius continentur in dicto instrumento facto, & firmato in posse dicti Petri Macip die 6. Decembris 1620. quod exhibetur simul cum apoc ha solutionis pretij dicti censuales eodem die penes eundem Macip firmata pariter quatenus, &c. & nō aliās.

4 In super alio instrumento eidem clausulis, & obligatio munito Paulus Miralles mercator, & Ioannes Oliues Notarius dictæ villæ de Reus, tam nominibus suis proprijs, quam etiam vt Syndici constituti, & ordinati à Iuratis & Concilio vniuersitatis eiusdem villæ vendiderunt, Reuerendo Petro Tarroja Presbytero, in Ecclesia Barcinonæ beneficiato tunc Gerundæ residenti, ementi de pecunijs proprijs censuale precij sue proprietatis mille ducentum, & quinquaginta librarum, & pensionis quinquaginta librarum soluendæ singulis annis die nono Octobris, vt constat dicto instrumēto recepto per Saluatorum Coll Notarium publicum Barcinonæ die 9. Octobris 1591. & de solutione pretij supradicti constat apoc ha eodem die predictos Syndicos in posse dicti Coll firmata, de ipsorumque syndicatu apparet instrumento recepto per Ioannem Granell Notariū Regium Barcinonæ in dicta villæ de Reus die 3. Octobris dicti anni 1591. cuius transumptum authenticū vna cum dicto instrumento censuales, & apoc ha solutionis pretij illius exhibentur quatenus, &c. qui quidem Petrus Tarroja instrumento concordie, seu capitulationis actō in posse dicti Saluatoris Coll die 9. Septembris 1606. fecit donationem proximè dicti censuales Hospitali nouo sanctæ Catharinæ dictæ Ciuitatis Gerundæ, vt apparet translato authentico dictæ capitulationis, seu concordie, quod si & quatenus, &c. & non aliās exhibetur, & demū occasione facultatis concessæ, per Iuratos, & Cōcilium dictæ vniuersitatis de Reus die 20. Decembris 1631. Didacus Monfar, & Sors, & Ioannes Babiſta Monfar, & Sors ciues honorati Barcinonæ, & legum Doctores, & tutores, & suis casu, loco, & tempore curatores personæ, & bonorū Mariæ Annæ Miret pupille, filie & hæredis dicti Ioannis Miret iam deffuncti dixerūt, & scripserunt administratoribus dicti Hospitalis sanctæ Catharinæ in tabula cambij, siue dispositorum cōmunium dictæ Ciuitatis Barcinonæ, ex vna parte mille ducentum, & quinquaginta libras ad obtinendum à dictis administratoribus reuenditionem proximè dicti censuales, & ex alia parte decem, & nouem libras pro rata pensionis tunc currentis, pro vt reuera illam ab Antonio Moliner Scriba Curie Ecclesiasticæ Gerunde legitimo procuratore, & actore dictorum administratorum obtinuerunt, vt constat instrumento actō Barcinonæ die 29. Iunij 1632. in posse Francisci Pons Notarij publici eiusdem Ciuitatis,

- 3
- 5 tis, quod vna cum apocha per dictum actorem, seu procuratorem firmata de dictis quantibus eodem die penes eundem Pons, & instrumento potestatis dicti Moliner in dicto instrumento reuenditionis, & apocha mencionata exhibetur quatenus, &c. & non aliàs. Prætera alio instrumēto in quo eadē clausulæ, & obligationes continentur pariter Iurati, & Conciliū dictæ vniuersitatis villæ de Reus vendiderunt, & originaliter crearunt Eugeniz Miret, & Monfar viduæ dicti quodā Ioannis Miret, & dictis Didaco Mofar, & sors, & Ioanni Baptiste Monfar & sors tutoribus, dictæ Mariæ Annæ miret aliud censuale præcij bis mille sexcentum librarum, & pensionis annuæ centum, decē & septem librarum anno quolibet soluendę die decima septima Maij, vt constat instrumento recepto in dicta villa de Reus, die vigesima prima Ianuarij Milleesimo Sexcentesimo Vigesimo nono, per Andream Marco Not. dictæ villæ, & scribā Curiz Baiuli illius, quod vna cum apocha solutionis prædicti præcij, per eosdem venditores firmata eodē die in posse dici Marco exhibetur quatenus, &c. & non aliàs.
- 6 Vterius alio instrumento in quo eadem clausulæ ac obligationes sunt expressę similiter Iurati, & Consiliū dictæ vniuersitatis villæ de Reus vendiderunt, & originaliter crearunt dictis Didaco Monfar, & Sors, & Ioanni Baptista Monfar, & Sors tutoribus prædictæ pupillæ Mariæ Annæ Miret aliud censuale pretij, sine proprietatis quatuor mille librarum, & pensionis annuæ centum, & sexaginta librarum anno quolibet soluendæ die quarta Februarij, vt constat instrumento factō, & firmato in dicta villa de Reus die decima quarta Maij milleesimo sexcentesimo trigesimo septimo in posse saluatoris Oriol Not. dictæ villæ de Reus, quod vna cum apocha solutionis pretij illius eodem die in posse dicti Oriol firmata exhibetur quatenus, &c. & non aliàs.
- 7 Alio etiam instrumento in quo sunt etiam clausulæ, & obligationes prædictæ pariter Iurati, & Concilium vniuersitatis eiusdem villæ de Reus vendiderūt, & originaliter crearūt præfatis Didaco Monfar, & Sors, & Ioanni Baptiste Monfar, & Sors tutoribus dictæ pupillæ quoddam aliud censuale pretij siue proprietatis mille ducentarum librarum, & pensionis annuæ quadraginta octo librarum soluendæ quo ad octo libras die vigesima quinta Iunij, & quo ad quadraginta libras die sexta Septēbris, vt latius apparet dicto instrumēto recepto decima nona Iulij milleesimo sexcentesimo trigesimo octauo per dictū Saluatorē Oriol Not. dictę villę de Reus, de quo fidem facit Ioannes Mercader Not. eiusdem villæ tenens, & regens scripturas dicti Oriol pro illius heredibus; quod vna cum apocha solutionis pretij illius exhibetur si, & quatenus, &c. & non aliàs.
- 8 Postmodum alio instrumento in quo prædictæ clausulæ, & obligationes etiam leguntur pariformiter Iurati, & Concilium prædictæ vniuersitatis villæ de Reus vendiderunt, originaliterque crearunt dictis Didado Monfar, & Sors, & Ioanni Baptiste Monfar, & Sors tutoribus eiusdem pupillę Miret aliud censuale pretij, seu proprietatis mille librarum, & pensionis annuæ quadraginta librarum anno quolibet soluendæ die sexta Septēbris, vt latius continetur dicto instrumento acto in villa prædicta de Reus, die vigesima Nouembris

bris millesimo sexcentesimo trigésimo octauo, in posse dicti Oriol de quo  
fidem facit dictus Mercader, quod vna cum apocha solutionis pretij illius  
in posse eiusdem Oriol eodem die firmata exhibetur quatenus, &c. & non  
9 alias. Tandem alio instrumento in quo eadem clausulæ, ac obligationes  
exprimuntur similiter Iurati, & Concilium vniuersitatis præfata villæ de  
Reus, vendiderunt, originaliterque crearunt nobili Eugeniz de Erill, & Mō-  
far viduæ nobilis Ioannis de Erill, & de Orcau matri dictæ pupillæ Miret  
quondam, ipsiusque hæredi aliud censuale pretij, siue proprietatis trium  
mille ducentum viginti quinque librarum, & pensionis annuæ centum vi-  
ginti nouem librarum soluendæ, videlicet octuaginta libras die vigésima  
octaua Ianuarij, & quadraginta nouem libras die duodecima Nouembris,  
vt latius apparet dicto instrumento acto in eadem villa de Reus, in posse  
eiusdem Oriol die vigésima Septembris millesimo sexcentesimo qua-  
dragesimo, de quo fidem facit dictus Mercader, quod vna cum apocha  
solutionis pretij illius in posse eiusdem Oriol, eodem die firmata exhibe-  
tur quatenus, &c. & nõ alias. Cumque Serenissime Domine ab hac luce de-  
cesserint dictus Franciscus Miret, & Anna eius coniux hærede sibi institu-  
to dicto Ioanne Miret, qui etiam ab hoc seculo migravit, cuius heres exti-  
tit dictæ Maria Anna Miret eius filia, quæ pariter etiam vitam cum mor-  
te commutauit hærede instituta dicta nobili Eugenia de Erill, & Monfar  
eius matre vxoreque in primis nuptijs dicti Ioannis Miret, quæ tandem  
etiam ab humanis decessit die 21. Augusti 1646. hærede instituto nobili  
Olegario de Erill, & de Orcau eius filio, cuius personæ, & bonis assignauit  
in administratorem, & quatenus opus esset tutorem, & curatorem dictum  
Ioannem Baptistam Monfar, & Sors: cuius quidem nobilis Eugeniz mortis  
tempore pensiones omnium dictorum censualium quolibet anno summam  
capiabant sexcentum septuaginta vnus librarum, & sexdecim solidorum  
dictæ monetæ Barcinonæ (supposito quòd instrumentò recepto per dictum  
Saluatorem Oriol in dicta villa de Reus, die decima octaua Aprilis mil-  
lesimo sexcentesimo trigésimo septimo (quod exhibetur si, & quatenus,  
&c. & non alias) ex causis, & rationibus in eo contentis, & alias pensio  
censualis primo loco designati fuit redacta ad quantitatem quatuor libra-  
rum, & sexdecim solidorū: & pensio censualis, secundo loco designati fuit  
redacta ad quantitatem sexdecim librarum: pensio in super censualis tertio  
loco designati fuit redacta ad quantitatem centum, & viginti librarum: &  
tandem pensio censualis quinto loco designati fuit redacta ad quantitatem  
centum, & quatuor librarum) sicque pensiones omnium dictorum cen-  
sualium decursæ ab anno millesimo sexcentesimo quadagesimo inclu-  
sive, vsque ad annum millesimum sexcentessimum quadagesimum quin-  
tum inclusiuè, summam capiabant quatuor mille triginta librarum, & de-  
cem, & sex solidorum, & in super die 28. Ianuarij anni millesimi sexcen-  
tissimi quadagesimi sexti cessit pensio octuaginta librarum censualis su-  
pra nono, & ultimo loco designati, & die 4. Februarij eiusdem anni cessit  
pensio centum, & sexaginta librarum censualis sexto loco designati, rursus  
die 1.

die 1. mensis Maij eiusdem anni cessit pensio censualis primo loco designati, quæ occasione dictæ reductionis est quantitatis quatuor librarum, & sexdecim solidorum: præterea die 17. proximè dicti mensis, & anni cessit pensio censualis quinto loco designati, quæ occasione dictæ reductionis est quantitatis centum, & quatuor librarum; vterius die 25. Iulij eiusdem anni cessit pensio octo librarum censualis septimo loco designato, & tandè die 12. Iulij anni prædicti cessit pensio censualis secundo loco designati, quæ occasione præfata reductionis est quantitatis sexdecim librarum: que sex pensiones proximè dictæ summam capiunt tercentum septuaginta duarum librarum, & sex solidorum: & vterius cum dicta nobilis Eugenia in suo testamèto instituisset quamdam piam causam ad puellas maritandum, dotando illam ex dicto censuali pensionis annuæ octuaginta librarum dicta die 28. Ianuarij soluendæ, nono, & vltimo loco designato, & pro salarijs administratorum dictæ piæ causæ, & certis alijs expensis assignasset dictum censuale pensionis sexdecim librarum die 12. Iulij soluendæ secundo loco designatum; iussit quod dicta duo censualia à die mortis suæ currerent ad opus seu utilitatem dictæ piæ causæ, &c. Sicque rata decursa, ex dicto censuali octuaginta librarum à die 28. Ianuarij, quo cessit pensio dicti anni 1646. vsque dictam diem 21. Augusti eiusdem anni (qua die ab hoc seculo migravit dicta nobilis Eugenia) summam capiens quinque librarum duorum solidorum, & quatuor denariorum, spectat ad dictum eius heredem; & etiam ad eum spectant vna libra quindecim solidi, & vnus denarius ratæ decursæ ex dicto censuali pensionis sexdecim librarum à die 12. Iulij dicti anni 1646. vsque dictam diem 21. Augusti eiusdem anni, sicque omnes pensiones dictorum censualium, & dictæ ratæ debitæ dicta die 21. Augusti 1646. (quo decessit ab hoc seculo dicta nobilis Eugenia, vt est dictum) summam capiebant quatuor mille quatuorcentum, & decem librarum nouem solidorum, & quinque denarium & postea in dicto anno 1646. cesserunt quinque pensiones sequentes, videlicet die 5. Septembris pensio centum, & viginti librarum dicti censualis tertio loco designati, & die 6. eiusdem mensis cesserunt binæ pensiones quadraginta librarum censualium septimo, & octauo loco designatorum: die insuper 9. Octobris cessit pensio quinquaginta librarum censualis quarto loco designati, & denique die 12. Nouembris cessit pensio quadraginta nouem librarum censualis nono & vltimo loco designati, & postea in annis sequentibus (sublati, seu non computati amplius dictis duobus censualibus dictæ causæ piæ assignatis) cesserunt pensiones reliquorum censualium summam efficientes quolibet anno quingentum septuaginta quinque librarum, & decem, & sex solidorum, & sic pensiones anni 1647. & sequentium vsque annum 1653. inclusiuè summam efficiunt quatuor mille triginta librarum, & duodecim solidorum, & hoc anno 1654. cessit pensio 160 ₘ censualis sexto loco designati, cessit etiam pensio 4 ₘ 16 ₘ censualis primo loco designati, & pensio 104 ₘ censualis quinto loco designati: quæ quidem omnes pensiones, & ratæ simul iuxta summam capiunt octo mille septingentum, & nouem librarum decem, & septem solidorum, & quinque denariorum:

in

in cuius quidem quantitate exonerationem recepit dicta nobilis Eugenia  
 à diuersis personis pro computo dictæ vniuersitatis villæ de Reus mille  
 trecentum octuaginta duas libras in quinque vicibus, siue solutionibus, &  
 dictus Monfar administrator prædictus recepit ex vna parte ducentum,  
 & triginta libras, & ex alia centum, & viginti libras, sicque sublatis istis  
 quantitatibus solutis (quæ summam efficiunt mille septingentarum & triginta  
 duarum librarum) hodie debetur sex mille noningentum septuaginta  
 septem libras decem, & septem solidi, & quinque denarij dictæ monetæ  
 Barcinonis, saluo iure residui, & errore calculi: ex qua quidem quantitate  
 dictus Monfar administrator prædictus insolutum dedit inter alia nobili  
 Eulariæ de Erill filiæ nobilis Eugeniæ, & dicti nobilis Ioannis de Erill, &  
 de Orcau quatuorcentum libras debitas pro octo pensionibus decursis ab  
 anno 1646. inclusiue, vsque huc ex censuali pensionis quinquaginta libra-  
 rum soluendæ dia 9. Octobris quarto loco degnato, vna cum pretio, seu  
 proprietate eiusdem censualis, & rata pensionis currentis, & omnibus eius  
 accessorijs pro satisfactione legitimæ paternæ, & maternæ dictæ nobili Eu-  
 laliæ competenti in bonis dicti nobilis Ioannis, & dictæ Eugeniæ parentum  
 suorum per dictam nobilem Eugeniæ, & postea per dictum eius heredem  
 possessis, quæ nobilis Eulalia nuper dicum censuale, & dictas illius pensio-  
 nes, &c. constituit in dotem Ioanni Carreras domicello civi Barcinone &  
 Annæ eius vxori, & Marco Antonio Carreras eorum filio maritoque ipsius  
 nobilis Eulaliæ. Id circo, & alias dictus Ioannes Baptista Monfar, & Sors  
 dicto nomine, & dicti Carreras cupientes indictis quantitatibus respectiue  
 satisfieri, exponentes retroclamum contra prædictam vniuersitatem Villæ  
 de Reus, & singulares personas illius in actu præsentationis literarum præ-  
 cepti de soluendo nimirum, & quamlibet earum, & dictam vniuersitatē  
 insolidum pro dictis sex mille noningentum septuaginta septem libris de-  
 cem, & septem solidis, & quinque denarijs saluo iure residui, & recti calcu-  
 li, scilicet dictus Monfar pro sex mille quingentum septuaginta septem  
 libris decem, & septem solidis, & quinque denarijs, & dicti Carreras pro dictis  
 quatuorcentum libris, & expensis factis, & faciendis, supplicant Celsitudini,  
 vestræ mandari dictæ Vniuersitati, & dictis eius singularibus vt infra decem  
 soluant prædictis Monfar, & Carreras dictas quantitates vna cum expen-  
 sis, & ad hunc effectum præsentem retroclami causam longè maiorem  
 quinquaginta librarum dictarum clausularum prætextu ad Regiā Audien-  
 tiam euorari mandari, illamque committi alicui ex Magnificis Regis Con-  
 siliaris, qui de literis continentibus præceptum desoluendo infra decem  
 iuxta stylum debite provideat, iustitiæque complementum prædicto,  
 vel alio quouis meliori modo ministret; & omnia instrumenta desuper  
 exhibita, nec non clausulas vniuersales testamentorum dictorum Francisci,  
 & Annæ Mirets, testamentum etiam sacramentale dicti Ioannes Miret, ad  
 iudicationemque bonorum illius, & Francisci eius filij impuberis defuncti  
 factam in favorem dictæ Annæ Miret, & clausulam vniuersale testamenti  
 ipsius Mariæ Annæ designant dicti Monfar, & Carreras ex processu causæ  
 præcepti decem dierum contra dictam vniuersitatē de Reus, & singulares  
 ipsius

7  
ipſius actitatio inſtante dicta nobili Eugenia de anno 1645. in poſſe Domini  
Castells not. ſupplicantes ei mandari quatenus dictū proſeſum con-  
ſuat cum proceſſu præſentis cauſæ, vteriuſque exhibent clauſulas vniuer-  
ſalem, & aſſignationis prædicti administratoris extractas à teſtamento dictæ  
nobilis Eugeniæ vt inferantur, ſeu conſuantur officio, &c. que licet &c.  
Altiffimus &c. Monfar & Sors: dicta ſupplicatione vt iuſta. & rationi con-  
ſona legitimè ſuſcepta, cauſam hanc retroclami maiorem quinquaginta li-  
brarū dictarū clauſularū prætextu ad regiã euocauimus audientiã illamq;  
commiſſimus nobili, & dilecto Conſiliario Regio Michaeli Cortiada vtriuſ-  
que iuris, & dictæ Regiæ Audientiæ Doctori, cuius prouiſionē die, & anno  
infra ſcriptis factam inſequentes tenore præſentiū vobis, & cuiſbet veſtrū  
inſolidū dicimus, & madamus quatenus infra dies decē poſt præſentiū præ-  
ſentationē vobis faciendam in antea continuè numerandos detis, realiterq;  
& cum effectu ſoluatis dicto Monfar dicto nomine ſex mille quingentū  
ſeptuaginta ſeptē libras decē, & ſeptē ſolidos, & quinque denarios, & dictis  
Carreras quator centū libras monetæ Barcinonę retroclamatas, vna cū ex-  
penſis, aut intra dictum terminum per vos vel veſtrum legitimum vndicū,  
ſeu procuratore compareatis coram nobis, & in dicta Regia Audientia co-  
ram dicto nobili relatoſe dicturi, & allegaturi cauſas, & rationes juſtas ſi-  
quas habetis cur ad prædicta non teneamini, reſponſurique ſupplicationi  
præinſerte, proſecuturiq; cauſam hanc, & omnes, & ſingulos illius actus  
vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue: alioquin lapſo dicto termino,  
quem vobis præciſe, & peremptoriē aſſignamus niſi alterum præmiſſorum  
ad impleueritis, vt præfertur, procedetur in dicta cauſa, & eius meritis pro  
vt iuris fuerit, & rationis, veſtri abſentia in aliquo non obſtante, verū con-  
tumacia exigēte. Dat. Barcinonę die Octaua menſis Iunij anno à Natiuitate  
Domini milleſimo ſexceſſimo quinquageſſimo quarto. *Mir Regens.*

*Vt. Cortiada.*

Locus Sigil<sup>li</sup>

*Scriba Pro Collegio ſcribarum mandati.  
Castells Not.*

*In communi locum tenen. vij. fol. cxxv.*